

zu ersehen hat. Lässt man sich nun für diejenige Vergrösserung, welche man für gewöhnlich zum Messen benutzen will, eine Mikraskala machen, so hat man wenigstens für diese keine Tabelle nöthig und die Messungsresultate werden viel genauer ausfallen, nicht nur für diese Vergrösserung, sondern auch für alle übrigen Combinationen, weil die zu Grunde gelegte Grösseneinheit viel geringer ist.

Waldau im December 1887.

---

## Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

### XXVII.

(Schluss.)

1253. *Parmelia conturbata* Müll. Arg., thallus fusco-olivaceus, subnitidulus; laciniae confertim dispersae et irregulariter intricato-confertae, breves, insigniter turgidae et varie subtorto-curvatae, subtus obscure albidae et rhizinis parvis brevibus affixae; apothecia e concavo plana, circ.  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$  mm. lata; discus brunneo-nigricans; margo tenuis et integer; lamina nana; asci 8-spori; sporae late ovoideae, tantum 6—9  $\mu$  longae et  $4\frac{1}{2}$ —6  $\mu$  latae. — Proxima *P. prolixae* Nyl. et *P. imitatrix* Tayl., et minutie sporarum cum posteriore conveniens, at ab ambabus laciis thalli intestiniformi-turgidis, contortis et colore magis obscure olivaceo-diversa. — Ad saxa quartzosa territorii africani Gross-Namaqualand: Dr. Hans Schinz.

1254. *Parmelia echinata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 166, e Brasilia, jam a cl. Nyl. in Syn. p. 416 recte ad *Physciam comosam* Nyl. relata fuit. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1255. *Amphiloma eudoxum* Müll. Arg. Thallus sterilis similis minutulo *Amph. murorum*, horizontaliter centrifugatim laciniatus, aurantiacus aut medio subalbicans, lacinulae tenues, cartilagineae, valde turgidae, semicylindrico-convexae aut toruloso-subteretes, in planta fertili medio adscendentes et erectae, 2—6 mm. longae, subcylindrica et varie angulosae, diametro 1—2 mm. aequantes, inferne saltem albidae, superne concolores et apothecia pauca aggregata aut solitaria gerentes; apothecia

circ. 1— $1\frac{1}{2}$  mm. lata, plana, juniora margine prominente cincta, demum immarginata, e laetiore demum fulvo-aurantiaca; sporae 12—15  $\mu$  longae, 7— $8\frac{1}{2}$   $\mu$  latae, ambitu ludentes, caeterum ut in congenericis. — Species thallo dimorpho in peripheria late placodiodiali, in centro thamnode, optime species californicas thamnodes cum reliquis generis conjungit. — In Africa austro-occidentali ad Angra Pequena, saxa quartzosa summi montis Nautilusspitze inhabitans: Dr. Hans Schinz.

1256. *Psoroma pholidotum* Müll. Arg.; *Parmelia pholidota* Montg. Flor. Fernandez. p. 16 no. 85, Syll. p. 332; *Pannaria pholidota* Nyl. Enum. gén. p. 109, et Disposit. Psoromat. et Pannar. p. 294 no. 6; e structura gonidiorum (ex specim. Berteroanis drimydicolis e Juan Fernandez, et e Terra Fuega a Spegazzini lectis et chilensisibus a Lechler sub no. 853 di-vulgatis), non *Pannariae* sed *Psoromati* adscribenda est.

1257. *Lecanora millegrana* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 159, prope Buenos Ayres a Tweedie lecta, omnino cum *Patellaria heterochroa* Müll. Arg. L. B. no. 203 congruit et *Patellaria millegrana* nominanda est. Apotheciorum discus et margo haud cinereo-pruinosi. Epitheciun subcerasino-fuscum. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1258. *Lecidea endochlora* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 151, prope Mendoza a Gillies lecta, fertilis, attamen sporis destituta, eadem est ac *Biatora icterica* Montg. in Ann. Sc. nat. 1834 (p. 6), et in Cl. Gay Flora Chilena v. 2. p. 170, Atlas t. 12 fig. 4 (infra ad sinistram, sub 5), et Syllog. p. 337. Thalli squamae partim albido-decoloratae sunt, sed madefactae statim flavescent. Species in America late distributa est. — Sit *Psora icterica* Müll. Arg. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1259. *Blastenia punicea* Müll. Arg., thallus albus, diffracto-areolatus v. subsparse glebosus, sat tenuis, hinc inde obsoletus; apothecia laete punicea,  $1\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{4}$  mm. lata, distincte marginata, tota concolora aut juniora extus accessorie thallino-coronulata, evoluta omnino biatorina, demum minus laeta; epithecium flavidum, granulosum; lamina hyalina; hypothecium hyalinum; paraphyses modice liberae; asci angusti; superne valde pachydermei, 8-spori; sporae 8—12  $\mu$  longae, 4—5  $\mu$  latae, oblongatae, utrinque obtusae, orculiformes, dissepimentum e tenui demum distincte incrassatum et poro percursum. — *Blasteniam coccineam* Müll. Arg. (s. *Placodium flammeum* Anzi) simulat, sed sporae oblongatae sunt. — Ad saxa quartzosa summi montis

Nautilusspitze in Africae occidentalis territorio Angra Pequena:  
Dr. Hans Schinz.

1260. *Blastenia confluens* Müll. Arg.; thallus indistinctus; apothecia sicca et madefacta nigerrima, intus sub lamina cinerascentia,  $\frac{3}{5}$ — $\frac{4}{5}$  mm. lata, in fissurulis saxi seriata et subconfluentia, crassiuscula, plana, vix prominenter marginata, discus demum convexulus et immarginatus, nudus, nitidulus; epithecium fusco- v. cerasino-nigricans; lamina et hypothecium subhyalina; paraphyses minus liberae; asci 8-spori; sporae hyalinæ, 12—14  $\mu$  longæ, 5—5 $\frac{1}{2}$ ,  $\mu$  latae, ex ellipsoideo demum medio leviter angustatae, utrinque rotundato-obtusae, evolutæ orculiformes, dissepimentum pro genere subangustum, hinc inde tamen melius evolutum et poro distincto loculos jungente praeditum. — Extus *Lecideam confluentulam* Müll. Arg. simulat et fere apothecia *Lecideæ vorticosaæ* Körb. refert, sed species est *Blasteniae* juxta *Bl. melanocarpam* Müll. Arg. locanda. — Ad saxa quartzosa summi montis Nautilusspitze in territorio Angra Pequena, Africae austro-occidentalis: Dr. Hans Schinz.

1261. *Buellia Schinziæ* Müll. Arg.; thallus indistinctus; apothecia nigra, intus concolora,  $\frac{2}{3}$ — $1\frac{1}{3}$  mm. lata, plana, tenuiter marginata, margo subacutus, demum undulatus; discus obscure caesio-pruinosis, madefactus niger, semper planus, demum subundulato-inaequalis; epithecium fuscum, lamina fuscescens, hypothecium superne fuscescenti-obscuratum, inferne profunde fuscum; paraphyses rigidulae, conglutinatae; asci 8-spori; sporae 9—13  $\mu$  longæ,  $5\frac{1}{2}$ —8  $\mu$  latae, ellipsoideæ, ambitu caeterum variae, medio obsolete constrictæ, fuscae, 2-loculares, dissepimentum zonulato-incrassatum. — Prima fronte formam *Sarcogynæ pruinosaæ* Fw. bene refert, sed sporæ diversissimæ. Apothecia hinc inde subconfluunt. Ab affini *B. olympica* Müll. Arg. differt sporis minoribus et apotheciis distincte peculiariter obscure caesio-pruinosis, haud opaco-nigerrimis. — Ad saxa quartzosa in summo monte Nautilusspitze in territorio Angra Pequena Africae austro-occidentalis: Dr. Hans Schinz.

1262. *Variolaria carnea* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 157, e specim. brasiliensi, subvarioloso-fertili, ad *Pertusariam velatam* Nyl. Scand. p. 179 referenda est, sed haud normaliter evoluta, lamina plane evoluta et sporis destituta, attamen jam disculo rubello v. partim rubello, pulveraceo-subtecto ornata, margo nanus, e tenui mox pulveraceo-tunens.

*Gonidia globosa* vera adsunt et planta dein nec *Phlyctidibus* nec *Arthonieis*, ubi similia occurrunt, adscribenda est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1263. *Ocellularia gyrostromoides* Müll. Arg.; thallus fulvescens aut obscure flavicans, tenuis, cartilagineus; apothecia  $\frac{1}{2}$ , mm. lata, urceolata, immersa, apice paullo emergentia, in margine connivente subintegro et in disco depresso plano albo-pulveracea, margo adscendens fuscus, latere exteriore et thallus anguste ibidem cingens nigrescentes; discus demum niger, peritheciū tenue completum, undique nigro-fuscum; epithecium fuscum; lamina hyalina; paraphyses tenuissimae, valde cohaerentes, tremulae, non connexae; sporae hyalinae, in ascis angustis limaciformes, circ. 60  $\mu$  longae et 7  $\mu$  latae, utrinque obtusae, 25—40-loculares. — Extus satis *Gyrostomum scyphuliferum* prima fronte simulat, sed apothecia magis defosso-innata, ore longe minus prominentia et structura partium internarum alia. — Corticola cum *Anthracothecio varioloso* Müll. Arg. ad Daintree-River in Australiae territorio Queensland: Pentzke.

1264. *Coenogonium patagonicum* Müll. Arg., thallus pannosus, ramulos densissime investiens, flavescenti-albidus; filimenta ad superficiem strati laevi et crassi fasciculato-conglutinata, caeterum laxe intricata, diametro 12—25  $\mu$  aequantia, subcylindrica v. distinete nodulosa, articuli longitudine diame-trum semel-ter aequantes, superiores reliquis breviores et ellipsoidei, summus gobosus, omnes dense filamentulis ramosis spiraliter obtecti; apothecia ignota. — Ad australiense *C. rigidum* accedit, sed crasse pannosum et flavo-albidum et fasciculigerum. — Ramulicola in Patagonia australi: Caracciolo 1882 (com. cl. Jatta).

1265. *Anthracotheceii* sect. *Euanthracotheceum* Müll. Arg.; peritheciū nigrum. — Hic omnes spectant species *Anthracotheceii* hucusque descriptae.

1266. *Anthracotheceii* sect. *Porinastrum* Müll. Arg., peri-thecium coloratum. — Species novae sequentes duae sunt quasi species *Porinae* sporis fuscis parenchymaticis, sed jam statu juniore, ubi sporae hyalinae et transversim tantum divisae, in eo recedunt, quod divisio sporarum tum eadem ac *Pseudopyrenulae*, non autem *Porinae*. Peritheciū superne fuscidulum v. nigricans, caeterum pallidum; nucleus *Porinae*; para-

physes inter ascos vacuos gelatineos subpaucae, capillares, segregabiles.

1267. *Anthracothecium* (s. *Porinastrum*) *desquamans* Müll. Arg., thallus pallide olivaceus v. demum expallens, tenuis, laevigatus, demum facile plaguliformi-desquamans; apothecia pyramidali-ovoidea, omnino innata, extus non nisi ostiolo minutissimo pallide subaurantiaco laevi prominentia thallina ore exalbida cincto indicata, inferne  $\frac{3}{10}$  mm. lata; perithecium completum, pallidum, superne fuscescens; sporae in ascis 8-nae (fuscæ), 23—31  $\mu$  longæ, 9—13  $\mu$  latae, oblongo-subellipsoideæ, utrinque obtusæ, e 4-loculari hyalino mox coloratae et 6—8—(raro 10-) loculares, loculis 2—3-locellatis. — Prima fronte *Porinam desquamescentem* Fée simulat. — Corticola in Australia orientali, ad Johnstones River: Berthoud, et ad Trinity-Bay: Sayer.

1268. *Anthracothecium* (s. *Porinastrum*) *oligosporum* Müll. Arg.; thallus virescenti-pallidus, crassiusculus, superficie laevis sed varie et grosse irregulariter tortuoso-subverrucosus; apothecia subglobosa, exigua, omnino innata, extus non nisi ostiolo exiguo nigro linea thalli pallida perexigua vix distinete prominente cincto perspicua; perithecium completum, pallidum, apice fuscum; sporae in ascis 2—3-nae, fuscæ, elongato-ellipsoideæ, utrinque obtusæ, 10—16-loculares, loculis 2—4-locellatis, circ. 55  $\mu$  longæ et 15  $\mu$  latae. — Apothecia ut in *A. desquamante*, sed nigro-ostiolata. Certe thalli verrucae polycarpicae nec stromata polycarpica adsint, nam prominentiae haud solae fertiles sed etiam anfractuositates inter verrucas apotheciis abundanter ornatae sunt. — Lichen extus sat bene *Polyblastiam pertusarioideam* (Krplh.) Müll. Arg. simulat, sed sporae sunt longe diversæ. — Corticola ad Lower-Herbert River Australiae: Wickham.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1888

Band/Volume: [71](#)

Autor(en)/Author(s): Müller Johannes

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller \(Schluss\) 44-48](#)